

**David KALHOUS**

## ***751: počátek středověku?***

I. *Mezníky a otazníky.*

1. *Tradiční koncepty.*

2. *Proč 751?*

Cíle dvouhodinovky: náplň předmětu; referáty.

II. Počátky francké říše. Chlodvík I.

1. Vznik a formování francké říše.

2. Boje se sousedními „barbary“. Chlodvík a jeho synové.

Cíl druhé dvouhodinovky: Položení mocenských základů francké říše a základy její moci.

Literatura a prameny.

Prameny: *Cassiodori Senatoris Variae*. MGH AA 12. Ed. **T. Mommsen**. Berlin 1894.

*Epistolae Merowingici et Karolini aevi* 1. MGH EE 3. Ed. **W. Gundlach-E. Dümmler**. Hannover 1892.

*Gregorii Turonensis Libri Historiarum X*. MGH SRM 1. 1. Edd. **B. Krusch - W. Levison**. Hannover 1937-1951.

*Vita Caesarii episcopi Arelatensis libri duo*. MGH SRM 3. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1896, s. 433-501.

*Vita Remigii episcopi Remensis auctore Hinckmaro*. MGH SRM 3. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1896, s. 239-349.

Literatura: **Bednáříková, J.**: *Audofleda, Theodorich der Große und Chlodwig*. SPFFBU N1, 1996, s. 87-103.

**Beissel, F.**: *Theudebertus magnus rex Francorum*. Persönlichkeit und Welt. Idstein 1993.

**Breukelaar, A. H. B.**: *Historiography and Episcopal Authority in Sixth-Century Gaul*. The Histories of Gregory of Tours interpreted in their historical Context. Göttingen 1994.

*Die Alamannen*. Hrsg. von **K. Fuchs-M. Kempa-R. Redies-B. Theune-Großkopf-A. Wais**. Stuttgart 1998<sup>3</sup>.

*Die Franken*. Wegbereiter Europas. Hrsg. Von **A. Wieczorek-P. Périn-K. von Welck-W. Menghin**. Mainz 1996.

**Dierkens, A.**: *Die Taufe Chlodwigs*. In: *Die Franken*. Wegbereiter Europas, s. 183-191.

**Ewig, E.**: *Die Merowinger und das Frankenreich*. Stuttgart 1988.

**Ewig, E.**: *Spätantike und fränkische Gallien*. Gesammelte Schriften (1952-1973) (= Beihefte der Francia 3/1-2). Hrsg. von **H. Atsma**. München 1976-1979.

**Geary, P. J.**: *Before France and Germany: the creation and transformation of the Merovingian World*. Oxford 1988.

**Goffart, W.**: *The Narrators of Barbarian History (A. D. 550-800)*. Jordanes, Gregory of Tours and Paul the Deacon. Princeton 1988.

**Heinzelmann, M.**: *Gregor von Tours (538-594)*. Zehn Bücher Geschichte. Historiographie und Gesellschaftskonzept im 6. Jahrhundert. Darmstadt 1994.

**James, E.**: *Frankové*. Praha 1997.

**Rouché, M.**: *Clovis*. Paris 1996.

**Wood, I. N.**: *Gregory of Tours and Clovis*. Revue Belge de Philologie et d'Histoire 63, 1985, s. 249-

**Wood, I. N.**: *The Merowingian Kingdoms 450-751*. London-New York 1994.

**Zöllner, E.**: *Geschichte der Franken bis zur Mitte des sechsten Jahrhunderts*. München 1970.

Ukázky:

**Greg. Tur.** II. 30, s. 75-76: „Regina vero non cessabat praedicare, ut Deum verum cognosceret et idola neglegerit. Sed nullo modo ad haec credenda poterat commoveri, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoveretur, in quo compulsus est confiteri necessitate, quod prius voluntate negaverat. Factum est autem, ut confligente utroque exercitu vehementer caederentur, atque exercitus Chlodovechi valde ad intermissionem ruere coepit. Quod ille videns, elevatis ad caelum oculis, compunctus corde, commotus in lacrimis, ait: 'Iesu Christi, quem Chrotchildis praedicat esse filium Dei vivi, qui dare auxilium laborantibus victuriamque in te sperantibus tribuere diceris, tuae opis gloriam devotus efflagito, ut, si mihi victuriam super hos hostes indulseris et expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomine dicatus probasse se praedicat, credam tibi et in nomine tuo baptizer. Invocavi enim deos meos, sed, ut experior, elongati sunt ab auxilio meo; unde credo, eos nullius esse potestatis praeditos, qui sibi oboedientibus non occurrunt. Te nunc invoco, tibi credere desidero, tantum ut eruar ab adversariis meis'. Cumque haec dicerit, Alamanni terga vertentes, in fugam labi coeperunt. Cumque regem suum cernirent interemptum, Chlodovechi se ditionibus subdunt, dicentes: 'Ne amplius, quaesumus, pereat populus, iam tui sumus'. Ad ille, prohibito bello, cohortato populo cum pace regressus, narravit reginae, qualiter per invocationem nominis Christi victuriam meruit obtenire. [Actum anno 15. regni sui].“

**Greg. Tur.** II. 37, s. 87: „Multasque et alias virtutes operatus est, quas si quis diligenter inquiret, librum Vitae illius legens cuncta repperiet. [Anno 25. Chlodovechi.] Interea Chlodovechus rex cum Alarico rege Gothorum in campo Vogladense decimo ab urbe Pictava miliario convenit, et confligentibus his eminus, resistunt comminus illi. Cumque secundum consuetudinem Gothi terga vertissent, ipse rex Chlodovechus victuriam, Domino adiuvante, obtinuit. Habebat autem in adiutorium suum filium Sygiberthi Claudi nomen Chlodericum. Hic Sygiberthus pugnans contra Alamannos apud Tulbiacensem oppidum percussus in geniculum claudicabat. ...“

**Cass. Variae** II, č. 41, s. 73: „LUDUIN REGI FRANCORUM THEODERICUS REX. Gloriosa quidem vestrae virtutis affinitate gratulamur, quod gentem Francorum prisca aetate residem feliciter in nova proelia concitasti et Alamannicos populos caesis fortioribus inclinatos victrici dextera subdidisti. sed quoniam semper in auctoribus perfidiae resecabilis videtur excessus nec primiorum plectibilis culpa omnium debet esse vindicta, motus vestros in fessas reliquias temperate, quia iure gratiae merentur evadere, quos ad parentum vestrorum defensionem respicitis configuisse. estote illis remissi, qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus est Alamannum acerrimum sic expavisse, ut tibi eum cogas de vitae munere supplicare. sufficiat illum regem cum gentis cecidisse superbiam: sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim servitio subiugatam. nam si cum reliquis configis, adhuc cunctos superasse non crederis. accipe in talibus causis frequenter expertum: illa mihi feliciter bella provenerunt, quae moderato fine peracta sunt. is enim vincit assidue qui novit omnia temperare, dum iucunda prosperitas illis potius blanditur, qui austeritate nimia non rigescunt. cede itaque suaviter genio nostro, quod sibi gentilitas communi remittere consuevit exemplo. sic enim fit, ut et meis petitionibus satisfecisse videamini nec sitis solliciti ex illa parte, quam ad nos cognoscitis pertinere. Quocirca salutantes honore et affectione, qua dignum est, illum et illum legatos nostros ad excellentiam vestram consueta caritate direximus, per quos et sospitatis vestrae indicium et speratae petitionis consequamur effectum. quaedam vero, quae ad nos pro vestris utilitatibus pervenerunt, per harum portatores verbo vobis insinuanda commisimus, ut cautiiores effecti optata possitis Victoria constanter expleri. vestra siquidem salus nostra gloria est et totiens regnum Italiae proficere iudicamus, quotiens de vobis laeta cognoscimus. Citharoedum etiam arte sua doctum pariter destinavimus expetitum, qui ore manibusque consona voce cantando gloriam vestrae potestatis oblectet: quem ideo fore credimus gratum, quia vos eum iudicastis magnopere dirigendum.“

**Ibidem**, III, s. 74: „Alarico regi VVisigotharum Theodericus rex. II. Gundibado regi Burgundionum Theodericus rex. III. Epistula uniformis talis ad Erulorum regem: ad Guarnorum regem: ad Thoringorum regem Theodericus rex. IIII. Luduin regi Francorum Theodericus rex.“

### **III. *Renovatio provinciae* nebo zformování nového státu?**

1. *Podíl Franků na vládě*. Ovládnutí Franků Chlodvíkovou rodinou.
2. *Senátorská aristokracie a její podíl na moci*.
3. Základní „struktury“.
4. *Kontinuita, či diskontinuita aneb Chlodvíkův křest a Chlodvíkův konzulát*.

Cíle třetí dvouhodinovky: přiblížení základních rysů francké říše; společenská struktura; římské a „germánské“ dědictví.

### Prameny a literatura.

- Prameny: *Concilia aevi Merowingici*. MGH LL Concilia 1. Ed. **F. Maassen**. Hannover 1893.  
*Diplomata, chartae, epistolae, leges aliquae instrumenta ad res gallofrancicas spectantia* 1-2. Ed. **J.-M. Pardessus**. Paris 1843-1849.  
*Epistulae Merowingici et Carolini aevi I*. MGH EE 3. Edd. **W. Gundlach-E. Dümmler**. Hannover 1892.  
*Lex Baiwariorum*. MGH LL nationum germanicarum 5. 2. Ed. **E. von Schwind**. Hannover 1926.  
*Lex Ribvaria*. MGH LL nationum Germanicarum 3. 2. Edd. **F. Beyerle-R. Buchner**. Hannover 1954.  
*Pactus legis Salicae*. MGH LL nationum germanicarum 4. 1. Ed. **K.-A. Eckhardt**. Hannover 1962.  
*Vita Remigii auctore Hinckmaro*. MGH SRM 3. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1896, s. 239-349.

Literatura: **Ament, H.**: *Franken und Romanen im Merowingerreich als Forschungsproblem*. Bonner Jahrbücher 178, 1978, s. 377-

**Anton, H. H.**: *Verfassungsgeschichtliche Kontinuität und Wandlungen von der Spätantike zum hohen Mittelalter: das Beispiel Trier*. Francia 14, 1986, s. 1-

**Böhme, H. W.**: *Adelsgräber im Frankenreich. Archäologische Zeugnisse zur Herausbildung einer Herrenschicht unter den merowingischen Könige*. Jahrbuch der Römisch-germanisches Zentralmuseum 40, 1993, s. 397-

**Brunner, H.**: *Deutsche Rechtsgeschichte I*. Leipzig 1906.

**Classen, P.**: *Vom Kaiserreskript zur Königsurkunde. Diplomatische Studien zum römisch-germanischen Kontinuitätsproblem* 1-2. AfD 1, 1955, s. 1-87 a AfD 2, 1956, s. 1-114.

**Claude, D.**: *Untersuchungen zur frühfränkischen Comitat*. ZRG GA 81, 1964, s. 59-

**Debus, K.-H.**: *Untersuchungen zu merowingischen Urkunden und Briefen*. Untersuchungen und Texte. AfD 13, 1967, s. 1- a 14, 1968, s. 1-

**Ewig, E.**: *Die Merowinger und das Imperium* (= Rheinisch-Westfäl. AdW. Vorträge G 261). Düsseldorf 1983.

**Goffart, W.**: *Barbarians and Romans A. D. 418-584. The techniques of Accommodation*. Princeton 1980.

**McCormick, M.**: *Clovis at Tours, Byzantine Public Ritual and the Origins of Medieval Ruler Symbolism*. In: *Das Reich und die Barbaren*. Edd. **K. Chrysos-A. Schwarcz**. Wien-Köln 1989, s. 155-

**Schneider, R.**: *Königswahl und Königserhebung*. Untersuchungen zur Herrschaftsnachfolge bei den Langobarden und Merowingern (= Monographien zur Geschichte des Mittelalters 3). Stuttgart 1972.

**Wolf, G.:** *Fränkisch-byzantinische Gesandtschaften vom 5. bis 8. Jahrhundert und die Rolle des Papsttums im 8. Jahrhundert*. AfD 37, 19991, s. 1-.

**Wolfram, H.:** *Intitulatio I. Lateinische Königs- und Fürstentitel bis zum Ende des achten Jahrhunderts (= MIÖG Erg. Bd. 21)*. Wien-Köln-Graz 1967.

Ukázky:

**Gregorius Tur.** II. 27, s. 72-73: „*Dehinc adveniens Sexonas, cunctum onus praedae in medio positum, ait rex: 'Rogo vos, o fortissimi proeliatores, ut saltim mihi vas istud' - hoc enim de urceo supra memorato dicebat, - 'extra partem concidere non abnuatis'. Haec regi dicente, illi quorum erat mens sanior aiunt: 'Omnia, gloriose rex, quae cernimus, tua sunt, sed et nos ipsi tuo sumus dominio subiugati. Nunc quod tibi bene placitum vidiuit facito; nullus enim potestati tuae resistere valet'. Cum haec ita dixissent, unus levis, invidus ac facilis, cum voce magna elevatam bipennem urceo inpulit, dicens: 'Nihil hinc accipies, nisi quae tibi sors vera largitur'. Ad haec obstupefactis omnibus, rex iniuriam suam patientiae lenitate coercuit, acceptumque urceum nuntio ecclasiastico reddidit, servans abdum sub pectore vulnus. Transacto vero anno, iussit omnem cum armorum apparatu advenire falangam, ostensuram in campo Marcio horum armorum nitorem. Verum ubi cunctus circuire diliberat, venit ad urcei percussorem; cui ait: 'Nullus tam inculta ut tu detulit arma; nam neque tibi hasta neque gladius neque securis est utilis'. Et adpraehensam securem eius terrae deiecit. At ille cum paululum inclinatus fuissest ad collegendum, rex, elevatis manibus, securem suam capite eius defixit. 'Sic', inquit, 'tu Sexonas in urceo illo fecisti'.“*

**Greg. Tur.** II. 38, s. 88-89: „*Igitur ab Anastasio imperatore codecillos de consolato accepit, et in basilica beati Martini tunica blattea induitus et clamide, inponens vertice diademam. Tunc ascenso equite, aurum argentumque in itinere illo, quod inter portam atrii et eclesiam civitatis est, praesentibus populis manu propria spargens, voluntate benignissima erogavit, et ab ea die tamquam consul aut augustus est vocatus. Egressus autem a Turonus Parisius venit ibique cathedralm regni constituit. Ibi et Theudericus ad eum venit.*“

**Greg. Tur.** II. 40, s. 89-91: „*Cum autem Chlodovechus rex apud Parisius moraretur, misit clam ad filium Sigiherthi, dicens: 'Ecce! pater tuus senuit et pede dibile claudicat. Si illi', inquit, 'moreretur, recte tibi cum amicitia nostra regnum illius reddebaratur'. Qua ille cupiditate seductus, patrem molitur occidere. Cumque ille egressus de Colonia civitate, transacto Rheno, per Buconiam silvam ambulare disposeret, meridiae in tenturia sua obdormiens, inmissis super eum filius percussoribus eum ibidem interfecit, tamquam regnum illius possessurus. Sed iuditio Dei in foveam, quam patri hostiliter fodit, incessit. Misit igitur nuntius ad Chlodovechum regem de patris obito nuntiantes atque dicentes: 'Pater meus mortuus est, et ego thesaurus cum regnum eius paenes me habeo. Dirige tuos ad me, et ea quae tibi de thesauris illius placent bona voluntate transmittam'. Et illi: 'Gratias', inquit, 'tuae voluntate ago et rogo, ut venientibus nostris patefas, cuncta ipse deinceps possessurus'. Quibus venientibus iste patris thesauros pandit. Qui dum diversa respicerent, ait: 'In hanc arcellolam solitus erat pater meus numismata auri congerere'. - 'Inmitte', inquiunt illi, 'manum tuam usque ad fundum et cuncta reppereas'. Quod cum fecisset et esset valde declinus, unus elevata manu bipinnem cerebrum eius inlisis, et sic quae in patre egerat indignus incurrit. Quod audiens Chlodovechus, quod scilicet imperfectus esset Sygibertus vel filius eius, in eodem loco adveniens, convocavit omnem populum illum, dicens: 'Audite, quid contingere. Dum ego', inquit, 'per Scaldem fluvium navigarem, Chlodericus, filius parentis mei, patrem suum insequebatur, verbo ferens, quod ego eum interficere vellim. Cumque ille per Buconiam silvam fugiret, inmissis super eum latruncolis, morti tradidit et occidit. Ipse quoque dum thesaurus eius aperit, a nescio quo percussus interiit. Sed in his ego nequaquam conscius sum. Nec enim possum sanguinem parentum meorum effundere, quod fieri nefas est. Sed quia haec evenierunt, consilio vobis praebeo, si videtur acceptum: convertimini ad me, ut sub meam sitis defensionem'. At ille ista audientes, plaudentes tam parmis quam vocibus, eum clypeo evectum super se regem constituunt. Regnumque Sigiherthi acceptum cum thesauris, ipsos quoque suae ditioni adscivit. Prosternebat enim cotidiae Deus hostes eius sub manu ipsius et augebat regnum eius, eo quod ambularet recto corde coram eo et facerit quae placita erant in oculis eius.*“

**Greg. Tur.** II. 42, s. 93: „*Interfectisque et aliis multis regibus vel parentibus suis primis, de quibus zelum habebat, ne ei regnum auferrent, regnum suum per totas Gallias dilatavit. Tamen, congregatis suis quadam vice, dixisse fertur de parentibus, quos ipse perdiderat: 'Vae mihi, qui tamquam peregrinus inter extraneus remansi et non habeo de parentibus, qui mihi, si venerit adversitas, possit aliquid adiuvare!'*“

**Pactus legis Salicae XIII** De rapto ingenuorum uel mulierum § 7, s. 61: „*Si uero puer regius <fuerit> uel letus <qui> ingenuam feminam traxerit, de uita componat.*“

**Pactus legis Salicae XIV** De superuenientes uel expoliatoribus § 4, s. 65-66: „*Si quis hominem, qui <alicubi> migrare noluerit et de rege habuerit praeceptum et <sibi> abundauit in mallo publico , et aliquis contra ordinationem regis <ei> testare aut adsallire praesumpserit, mallobergo alachtaco sunt, VIIIM denarios qui faciunt solidis CC culpabilis iudicetur.*“

**Pactus legis Salicae XXIV** De homicidiis parulorum <et mulierum> § 2, s. 89: „*Si quis [uero] puerum crinitum [ingenuum] sine consilio parentum <suorum> totunderit, [qui fuerit adprobatum, mallobergo uerdade], MDCCC denarios qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.*“

**Pactus legis Salicae XLI** De homicidiis ingenuorum, s. 154-161:

§ 8, s. 157: „*Romanus, conuiua regis*“ 300 sol.

§ 9, s. 157: „*Romanus homo possessor <et conuiua regis non fuerit>*“ 100 sol.

§ 10, s. 157: „*Romanus tributarius*“ 62 sol.

§ 15, s. 160: „*[Puella ingenua, antequam infantes habere non possit]*“ 200 sol.

§ 16, s. 161: „*<Mulier ingenua, postquam ceperit nutrire>*“ 600 sol.

§ 17, s. 161: „*<Post media uero estate et postquam infantes non potest habere>*“ 200 sol.

§ 18, s. 161: „*<Puer crinitus>*“ 600 sol.

§ 19, s. 161: „*<Femina grauis>*“ 600 sol.

§ 20, s. 161: „*infans in (u)tero matris*“ 100 sol.

**Pactus legis Salicae LI.** De grafione <iniuste> ad res alienas tollendas inuitauerit, s. 196-197: § 1, s. 196: Neoprávněná žaloba = pokuta 200 sol.

§ 3, s. 197: „*Si uero grafio inuitatus [ad alterius causam] supra legem aut debitum <iustum> aliquid amplius toller praesumpserit, aut se redemat aut de uita componat.*“

**Pactus legis salicae LIV.** De grafione occiso, s. 203-204: § 1 Původem svobodný 600 sol.

§ 2 „*sacebaro aut grafio ..., qui puer regis fuerit*“ 300 sol.

**Lex Ribvaria.** Cap. 54 (53) [De eo qui grafionem interficerit], s. 103: „*1. Si quis iudicem fiscalem, quem comitem vocant, interficeret, ter ducentos solidos multetur.*“

„*2. Quod si regis puer uel ex tabulario ad eum gradum ascenderit, sexies quinquagenos solidos multetur.*“

**Lex Ribvaria.** Cap. 59 [De testamentis regum], s. 106-107: „*1. Si autem infra testamentum regis aliquid invaserit, aut cum sex iuret, quod infra terminationem testamenti nihil invasisset, aut cum sexaginta solidos multetur.*“

**Lex Ribvaria.** Cap. 72 [De eo qui regis infidelis extitit], s. 123: „*1. Si quis homo regis infidelis extiterit, de vita componat, et omnes res suas fisco censeantur ...*“

#### IV. Poslední vládci. Chlotachar II. a Dagobert I.

1. *Neustrie, Austrasie, Burgundie*. Od údělů k „zemím“.
2. Paříž 614. Velmoži a král.
3. *Splendor regis. „Gloriosissimus rex Francorum“ sive „vicarius s. Dionisii“ sive „rex crinitus“?*

Cíle čtvrté dvouhodinovky: proměna hybridu v samostatnou entitu.

#### Prameny a literatura.

Prameny: *Capitularia regum Francorum I.* MGH LL II. 1. Ed. **A. Boretius**. Hannover 1883.

*Diplomata regum Francorum e stirpe Merowingica*. MGH DD. Edd. **C. Brühl - T. Kölzer**. Hannover 2001.

*Fredegarii Scholastici Chronicarum libri IV*. MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1888, s. 1-168.

*Gesta Dagoberti I. regis Francorum*. MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1888, s. 396-425.

*Pauli Diaconi Historia Langobardorum*. MGH SRL 1. Ed. **G. Waitz**. Hannover 1878, s. 12-187.

*Vita Balthildis*. Recensio A. MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1888, s. 457-508.

Literatura: **Brühl, C.**: *Das merowingische Königtum im Spiegel seiner Urkunden*. In: *La Neustrie: Les Pays au Nord de la Loire de 650 à 850*. Colloque historique international (= Francia Beihefte 16/1). Éd. **H. Atsma**. Sigmaringen 1989, s. 523-

**Irsigler, F.**: *Untersuchungen zur Geschichte des frühfränkischen Adels* (= Rheinisches Archiv 70). Bonn 1969.

**Jahn, J.**: *Ducatus Baiuvariorum*. Das baierische Herzogtum der Agilofinger (= Monographien zur Geschichte des Mittelalters 35). Stuttgart 1991.

**Jarnut, J.**: *Beiträge zur fränkisch-bayerischen-langobardischen Beziehungen im 7. und 8. Jahrhundert*. ZfBLG 39, 1976, s. 331-

**Kaufmann, E.**: *Über das Scheren abgesetzter Merowingerkönige*. ZRG GA 72, 1955, s. 177-185.

**Picard, J. C.**: *L'Austrasie: entité politique ou politique?* Lorraine 1988, s 13-

**Rouche, M.**: *L'Aquitaine des Wisigoths aux Arabes (418-781), naissance d'une region*. Paris 1974.

**Semmler, J.**: *Saint-Denis: Von der bischöflichen Coemetrialbasilika zur königlichen Benediktinerabtei*. In: *La Neustrie: Les pays au Nord de la Loire de 650 à 850*. Colloque historique international 2 (= Beihefte der Francia 16/2). Éd. **H. Atsma**. Sigmaringen 1989, s. 75-

**Werner, K. F.**: *Les principautés périphériques dans le monde franque du VIIe siècle*. Settimane di Studi del Centro Italiano di Studi sull'Alto Medioevo 20. Spoleto 1972, s. 483-

**Wolfram, H.**: *Intitulatio I*. Lateinische Königs- und Fürstentitel bis zum Ende des achten Jahrhunderts (= MIÖG Erg. Bd. 21). Wien-Köln-Graz 1967.

Ukázky:

**Vita Balthildis.** Cap. 5, s. 487: „Quid plura? Deo iubente, rex Chlodoveus, vir eius, migravit de corpore; relictaque sobole filiorum cum matre, suscepit ilico post eum filius eius Chlotharius quondam Francorum regnum, tunc etenim precellentibus principibus Chrodoberhto episcopo Parisiaco et domno Audoeno seu et Ebroino maiore domus cum reliquis senioribus vel ceteris quam pluribus, et regno quidem Francorum in pace consistenti. Tunc etenim nuper et Austrasii pacifico ordine, ordinante domna Balthilde, per consilium quidem seniorum receperunt Chidericum, filium eius, in regem Austri; Burgundiones vero et Franci facti sunt uniti.“

**Gesta Dagoberti.** Cap. 3, s. 401-402: „In eo sane vico temporibus Domiciani, qui secundus ab Nerone in christianos arma corripuit, primum memoratae urbis episcopum beatissimum Dyonisium cumque eo Rusticum et Eleutherium, quorum alter presbiter, alter diaconus erat, pro Christi nomine in prospectu ipsius civitatis interemptos quaedam materfamilias vocabulo Catulla, a qua et vico deductum nomen dicunt, quia palam non audebat, clam sepulturae mandavit. Signavit tamen locum, ut rei geste iunioribus constaret notitia. Sic incomparabilis thesaurus diu latuit, nec preter famam locus ille quicquam habebat conspicuum. Et quamvis quaedam inibi ab anterioribus regibus propter assidua, quae ibidem agebantur miracula, conlata fuissent, tamen, quia locus ipse eo tempore sub potestate Parisiaci antistitis constitutus erat, et cui vellet clericorum eum iure beneficii tradebat, illeque, cui concedebatur, non honestatem loci, sed terrenum lucrum, quemadmodum in quibusdam locis hodieque cernitur, sibi inde in proprios usus accumulari videbatur: ob hoc, ut diximus, locus ille nimium neglegebatur. Vilis quippe tantum aedicula, quam, ut ferebatur, beata Genovefa super sanctos martyres vota construxerat, tantorum martyrum corpora ambiebat, quo ad, sicut in processu expediam, profuturum orbi eorum nomen enituit, et, procurante Deo, ad singularem excellentiam locus, qui tam magnis, tam certis, tam denique antiquis illustrabatur, quamvis occulte, patronis, provectus est.“

**Liber Historiae Francorum.** Cap. 44, s. 316: „Eo tempore Chlodoveus brachium beati Dionisii martyris abscidit, instigante diabulo. Per id tempus concidit regnum Francorum casibus pestiferis. Fuit autem ipse Chlodoveus omne spurcicia deditus, forniciarius et inlusor feminarum, gulae et ebrietate contentus. Huius mortem et finem nihil dignum historia recolit.“

**Greg. Tur.** III. 18, s. 117-119: „Dum autem Chrodegildis regina Parisius moraretur, videns Childeberthus, quod mater sua filius Chlodomeris, quos supra memoravimus, unico affectu diligenteret, invidia ductus ac metuens, ne favente regine admitterentur in regno, misit clam ad fratrem suum Chlothacharium regem, dicens: 'Mater nostra filius fratri nostri secum retinet et vult eos regno donari; debes velociter adesse Parisius, et habito communis consilio, pertractare oportet, quid de his fieri debeat, utrum incisa caesariae ut reliqua plebs habeantur, an certe his imperfectis regnum germani nostri inter nosmet ipsus aequalitate habita dividatur'. De quibus ille verbis valde gavisus, Parisius venit. Iactaverat enim Childebertus verbum in populo, ob hoc hos coniungi regis, quasi parvolus illos elevaturus in regno. Coniuncti autem miserunt ad reginam, quae tunc in ipsa urbe morabatur, dicentes: 'Dirige parvolus ad nos, ut sublimetur in regno'. Ad illa gavisa, nesciens dolum illorum, dato pueris esu putique, direxit eos, dicens: 'Non me puto amisisse filium, si vos videam in eius regno substitui'. Qui abeunt, adpraehensi sunt statim, ac separati a pueris et nutritoribus suis, costodiebantur utrique, seursum pueri et seursum hi parvoli. Tunc Childeberthus atque Chlothacharius miserunt Archadium, cui supra meminimus, ad reginam cum forcipe evaginatoque gladio. Qui veniens, ostendit reginæ utraque, dicens: 'Voluntatem tuam, o gloriosissima regina, fili tui domini nostri expetunt, quid de pueris agendum censeas, utrum incisis crinibus eos vivere iubeas, an utrumque iugulare'. At illa exterrita nuntio et nimium felle commota, praecipue cum gladium cerneret evaginatum ac forcipem, amaritudinem praeventa, ignorans in ipso dolore quid diceret, ait simpliciter: 'Satius mihi enim est, si ad regnum non ereguntur, mortuos eos videre quam tonsus'. At ille parum admirans dolorem eius, nec scrutans, quid deinceps plenius pertractaret, venit celeriter, nuntians ac dicens: 'Favente regina opus coeptum perficite; ipsa enim vult explere consilium

*vestrum'. Nec mora, adpraehensum Chlothacharius puerum seniorem brachium elesit in terra, defixumque cultrum in ascella, crudiliter interfecit. Quo vociferante, frater eius ad pedes Childeberthi prosteretur, adpraehensaque eius genua, agebat cum lacrimis: 'Succurre, piissime pater, ne et ego peream sicut frater meus'. Tunc Childeberthus, lacrimis respersa facie, ait: 'Rogo, dulcissime frater, ut huius mihi vitam tua largitate concedas, et quae iusseris pro eius animam conferam, tantum ne interficiatur'. At ille convitiis actum ait: 'Aut eiece eum a te, aut certe pro eo morieris. Tu', inquit, 'es incestatur huius causae, et tam velociter de fide risillis?' Haec ille audiens, repulsum a se puerum proiecit ad eum; ipse vero excipiens, transfixum cultro in latere, sicut fratrem prius fecerat, iugulavit; deinde pueros cum nutriciis peremerunt. Quibus interfectis, Chlothacharius, ascensis equitibus, abscessit, parvi pendens de interfectione nepotum; sed et Childeberthus in suburbana concessit."*

## V. Počátky majordomátu.

1. Majordomové 6. století.
2. Pippinovci a Arnulfovci. Počátky rodů.

Cíle čtvrté dvouhodinovky: přesun moci od krále k velmožům; zároveň trvající význam dvora v posunuté rovině; počátky rodů.

## Prameny a literatura.

Prameny: *Fredegarii Scholastici chronicarum libri IV*. SRM 2. Ed. **B. Krusch.** Hannover 1888, s. 1-168.

*Gesta Dagobert I. regis Francorum.* MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch.** Hannover 1888, s. 396-425.

*Vita Arnulfi episcopi Mettensis.* MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch.** Hannover 1888, s. 432-446.

*Vita Germani abbatis Grandivalensis auctore Boboleno presbytero.* MGH SRM 5. Ed. **B. Krusch.** Hannover 1910, s. 25-40.

*Vita sanctae Geretrudis.* MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch.** Hannover 1888, s. 447-464.

Literatura: **Bonell, H. E.: Die Anfänge des karolingischen Hauses.** Berlin 1866.

**Hlawitschka, E.: Die Vorfahren Karls des Großen.** In: *Karl der Große I. Lebenswerk und Nachleben.* Hrsg. von **H. Beumann.** Düsseldorf 1967<sup>3</sup>, s. 51-82.

**Hlawitschka, E.: Studien zur Genealogie und Geschichte der Merowinger und frühen Karolinger.** In: *Rheinische Vierteljahresblätter* 43, 1979, s. 81-95.

**Riché, P.: Les Carolingiens.** Une famille qui fit l'Europe. Paris 1983.

**Schieffer, R.: Die Karolinger.** Stuttgart 1992.

Ukázky: **Fredegar** IV. 40, s. 140: „*Chlotharius factione Arnulfo et Pippino vel ceteris proceribus Auster ingreditur ...*“

**Fredegar** IV. 58, s. 150: + Arnulfa - na Pippinovu radu jeho nástupcem v úřadu král. rámce Kunibert kolínský.

**Vita sanctae Geretrudis.** Cap. 1, s. 454-455: „*Igitur cum esset in domo parentum sancta Dei puella Geretrudis, secus pedes beatae memoriae genetricis suae Ittane die noctuque verbo et sapientia Deo cara, hominibus amata super suas coetaneas crescebat. Primum electionis sibi in Christi servitio initium fuit, sicut per iustum et veracem hominem conperi, qui praesens aderat. Dum Pippinus, genitor suus, regem Dagobertum domui sue ad nobilem prandium invitasset, adveniens ibidem unus pestifer homo, filius ducis Austrasiorum, qui a rege et a parentibus puellae postulasset, ut sibi ipsa puella in matrimonium fuisse promissa secundum morem saeculi propter terrenam ambitionem et mutuam amicitiam. Placuit regi, et patri puellae suasit, ut in sua praesentia illa cum matre sua fuisse evocata. Illis autem ignorantibus, propter quam causam rex vocaret infantem, interrogata inter epulas a rege, si illum puerum auro fabricatum, sircis indutum voluisse habere sponsum, at illa quasi furore repleta, respuit illum cum iuramento et dixit, nec illum nec alium terrenum nisi Christum dominum volebat habere sponsum, ita ut ipse rex et proceres eius valde mirarentur super his, quae a parva puella Dei iussione dicta erant. Ille vero puer recessit confusus, iracundia plenus. Sancta puella ad suam convertit genetricem, et ex illa die parentes eius cognoverunt, a quali Regi amata fuerat.*“

**Vita sanctae Geretrudis.** Cap. 2, s. 456: „*Materfamilias Itta filiam suam Dei electam Geretrudem sacerdotibus Domini tradidit ad accipendum sacrum velamen cum consodalibus suis et sancto gregi*

*coenobitarum, Christo ordinante, praeesse constituit; nam morum continentiam, mentes sobrietatem, verborum moderationem senilem antecessit aetatem.“*

**Vita Germani.** Cap. 4, s. 34-35: „*Ille vero ut erat audax, confidens in Domino, omnia sua distribuens dedit pauperibus iuxta euangelii vocem, assumptisque secum tribus pueris comitantibus cum eo, beatum Arnulfum episcopum expetiit, qui in illis diebus in heremo, cuius vocabulum est Horembergo, vitam sanctam degens fore studuit. At vero beatus Arnulfus cernens eum, ovans animo, gratias agens omnium conditori, excoepit laetus et hilaris et comae capitidis totondit crines et apud se aliquandiu teneri fecit, imitans vitam et mores hominis Dei.*“

**Vita Arnulfi.** Cap. 3, s. 433: „*Post haec autem laudabilis indolis plenus gratia Dei, iam tempus advenit, ut litterarum studiis imbuendus daretur. Mox itaque traditus praceptor, inter ceteros contubernales suos sagax ingenii et memoriae capax, amabilis fulsit eratque, Christo in se habitante, cunctis subditus, sed fide et caritate celsior omnibus. Cumque iam bene edocitus ad roboratam pervenisset aetatem, Gundulfo subregulo seu etiam rectori palati vel consiliario regis exercitandus in bonis actibus traditur. Hunc ille cum accepisset, per multa deinceps experimenta probatum iamque Teutberti regis ministerio dignum aptavit.*“

**Vita Arnulfi.** Cap. 4, s. 433: „*Nam virtutem belligerandi seu potentiam illius deinceps in armis quis enarrare queat, praesertim cum saepe phalangas adversarum gencium suo abigisset mucrone? Quapropter effectus est Christo presolem omnium primus, qui dudum pene cunctorum ultimus videbatur, ita ut sex provinciae, quas ex tunc et nunc totidem agunt domestici, sub illius ministratione solius regerentur arbitrio. Nam sedolus in oracione, in ieuniis, in misericordia pauperum incumbebat et, sicut scriptum est, reddebat quae Dei sunt Deo et quae caesaris caesari restituebat.*“

**Vita Arnulfi.** Cap. 5, s. 433: „*Interea igitur, vix cogentibus amicis atque parentibus, inclitam et nobilissimam a gente puellam, quia Deus sic voluit, praeflaris moribus duxit uxorem. ...*“

**Vita Arnulfi.** Cap. 7, s. 434: „*Cumque in his adque diversis bonis [atque ceteris plurimis virtutibus] tamquam potentissimus auriga iugiter invigilaret, forte fuit, ut urbs Metensium praesule indigeret. Tunc una vox populorum Arnulfum domesticum adque consiliarium regis dignum esse episcopum adclamavit [quia et principi acceptissimus haberetur et sacricolis actibus pollere nosceretur.] Ille autem lacrimans et compulsus, quia Deo ita placitum fuit, urbem at gubernandum suscepit, sicque deinceps episcopales gestans insulas, ut eciam domesticatus sollicitudine adque primatum palacii hacsi nollens teneret. Mox autem tanta tamque perfecta munificencia in aelemosinis pauperum adcrevit, ut etiam de longinquis regionibus adque civitatibus, fama currente, innumera caterva pauperum ad sanctum Arnulfum pontefecem refocilanda festinaret.*“

**Vita Arnulfi.** Cap. 11, s. 436: „*Temporibus denique Dagoberti regis cum in palacio esset, eidem quidam lebrosus clamare coepit, victum seu etiam vestimentum deposcens...*“

**Vita Arnulfi.** Cap. 16, s. 438-439: „*Sed dum in his athleta Christi contra diabolum sanctissime et fortiter demigaret, conscientia tactus, ne plebs sibi a Domino credita, illo remoto, aeternae vitae pabula quiddam minus acciperet, repente coepit intenciosissime a principe flagitare, ut successorem sui praesulem daret. Mittensque epistolas per internuncios, se indignum huius operis seque peccatorem clamitans, talem elegerent pontificem, que praedicacionis verbum dignus seminaret in populum. Quibus relictis, mox Chlotharius rex non modicis repletus angoribus, ab omni se consilio destitutum quaeritans, si sanctus Arnulfus episcopus a frequencia palacii cessasset. Cui inter cetera talia mittit scripta, dicens: Nihilhominus, domne et pater, quia scripsistis per vestram epistolam, ut in loco vestro alium deberemus elegere successorem, istut nostra praesumpcio facere nullatenus praesumet. Hinc iterum inter reliqua ait: Quantum et de devocatione vestra, quod pro ammonitione divina esse confidimus, vos a Domino fuisse ammonitos, gavisi receperimus, tantum iterum dolentes tractavimus, quod non obtavimus de vestro conspectu esse absentes. Immo, domne et pater, aksi qualibet devocatione compulsi pro boni operis actu alicubi deliberatis expetire, nos petimus, ut nos sine pace vestra vel communione pro amore divino nullatenus relinquatis. Nam praefatus rex Chlotharius tanta eum fide et amore dilexit, ut, cum prolem*

*suum Dagobertum in principatus culmine sublimasset, eidem regnum ad gubernandum et filium erudiendum in manu tradidisset. Quem ille acceptum ita altissima et profunda erudivit sapientia, ut in Secambrorum nacione rex nullus illi similis fuisse narraretur.“*

## VI. *Vzestupy a krize*. Peripetie dějin Arnulfovců a Pippinovců v průběhu 7. století.

1. *První vzestup, první pád*. Grimoald.
2. *Spojení rodů*. Pippin II.

Cíle šesté dvouhodinovky: Grimoaldův „převrat“; pronásledování; hledání spojenců; Tertra 687; majordomem dvou říší

### Prameny a literatura.

Prameny: *Annales Laubiense, Leodienses et Fossenses*. MGH SS 4. Ed. **G. H. Pertz**. Hannover 1841, s. 8-35.

*Die Urkunden der Arnulfinger*. Ed. **I. Heidrich**. In: [Http://www-igh.histsem.uni-bonn.de/wwwarnulfhinweis.asp](http://www-igh.histsem.uni-bonn.de/wwwarnulfhinweis.asp)

*Chronicarum quae dicuntur Fredegarii Scholastici Continuationes*. MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1888, s. 168-193.

*Liber historiae Francorum*. MGH SRM 2. Ed. **B. Krusch**. Hannover 1888, s. 238-328.

